067
065
071
061
076
056
116
016
166
Ende
Anfang



Liber

tercii & viceni Super centum habent ordinem sequunt
ut superiora exempla docent Centum & septem compleuit an
nos centum & nouem vixit annos Plinius libro vij° na
turalis historie Centum viginti annos parme [?] cedi de
re brixili vnus fuerunt vna inter centum viginti quin
parme duo centum triginta fuerunt vnus placentie vna
mulier centum triginta quinque bononie Lucius terencius marci filius
Arimini vero m apponius sex ut quinquaginta tertulla centum
triginta septem Circa placenciam in collibus opidum est
velleiatium in quo ducentos viginti annos sex detulere
Quatuor vero centenos vicenos vnus centum quinquagin
ta Marcus Mucius marci filius Galeria felix ac ne pluribus
moremur in re confessa in regione italie octaua centum anno
rum census sunt homines quatuor et quinquaginta centum
denum homines quatuor decem centum viceni quinum homines
quatuor centum triceni quini aut septeni totidem cen
teni quadrageni homines tres Idem plinius paulo pre
at ut tamen in septimo & quinquagesimo atque centesimo
vite duraret annum Ex quo appet sine copula maximum quem
numerum precedere cum copula non Nihil vare presertim re
torsum cundo adhuc que diximus & que dicturi sumus ex
empla intra numerum millenarium sunt Sed in ipso quoque
maximum quemque numerum semper preponimus ut a natali sal
uatoris anni sunt Mille quadringenti triginta octo Il
lud tamen notandum in milibus eandem esse rationem atque i
natalibus numeralibus citra centum ut milites nostri sunt
sex et viginti milia non aut viginti ac sex milia Vel
milites nostri sunt viginti sex milia Sine militum nobis
sunt viginti milia sine milites nostri sunt viceslos mille
sine nobis singulis sunt deces mille milites sine singul
nobis sunt decem milia militum Omnia aut que loquuti
sumus vltra vicesimum numerum intelligi volo nam decem &
septem decem et octo decem et nouem nomina illa quam
dixi non sunt inferiora ne ipsa quidem seruant suam legem
Illa enim coniunctionem habent interpositam hec non habent
verum tamen nec habere possunt cum sint composita nec
plura sed singula nomina vndecim duodecim tredecim q
tuordecim quindecim sedecim sicut illa quoque composita atque vni
ta sunt nomina Vndeviginti duodeviginti vndetriginta
duodetriginta vndecentum duodecentum Hoc est vno aut
duobus remotis seu demptis de viginti & triginta decentum

Tercius

Vt ab incarnatione saluatoris sunt anni quadringenti vndequi
draginta Et per denominatiua ut ab incarnatione agitur nunc mille
simus quadringentesimus Plinius libro xxxv° naturalis histo
rie duodecimum de vicesima olimpiade interit condarcides licet
pleraque exemplaria habeant duodeuiginti olimpiade De
proximo libro atque adeo duodequadrageni pedum lucullei
marmoris in atrio scauri collocati duodequadrageni pro
duodequadragenorum Titus Liuius libro primo duodequa
dragesimo anno soluere ex quo regnare cepat tarquinius
13 Quid domus quarte quid vero secunde significet
Domus duos casus habet vnum secunde alterum quar
te domi et domus Sed prior significat locum vbi quis
manet posterior corpus ipsum ac edificium quod ex parietibus
constat & tecto ut domi maneo non domus & partem domus
demollitus sum superiorem domus ascendi non domi nam illud
domus more imperii teneo non pro loco accipit sed pro fami
lia que continetur edificio significante continens pro contento Et
etiam licet dicere domi mee quasi in mea domo Et autem
idem sit in domo mea et domi notum est Vnum tamen afferam
exemplum Quintilianus libro vj° In domo furtum factum
ab eo qui domi fuit Dativus in quarte est casus indifferens ab
latiuo secunde in actiuo vel ablatiuo cum prepositione vel sine prepositione
loquimur ut reuertor domum ex domo vel e domo Et sum in
domo vel domi hoc continuatiue est illud latinitatis & elegan
tiam casum secunde non coniugi nisi cum quinque pronominibus
mee tue sue nostre & vestre et vno nomine aliene notum e
Vt ego domo domi mee non tue etiam domi sue nostre
non vestre nec aliene domi habitare volo Cicero in libris
ad herennium qui cum ista etate et forma aliene domi no
lo dicere Quidam voluit illud domi adiungere sed
quomodo coniugeret cum aduerterit Quod si quoquo modo
quinque hec pronomina adiecta supprimantur tamen subintelli
guntur ut domi ero i mee domi erimus i nostre domi
eris vel eritis i tue vel vestre domi erit aut erunt i sue sic
in alio sensu et in plerisque nominibus ut partem domus lo
taui in alia parte que me habito i partem domus mee
Et pater me iussit pater te vocat super nos expectat hoc est
pater meus vel vester mater tua vel nostra frater tuus vel
noster Quando hic casus secunde recipit ablatiuum casum sine pro
nomen sine nomen certum est ut ego etiam domi illius do
mi huius domi cesaris domi pompeii domi aut publice

© Stadtbibliothek Ulm, 2008. Signatur: HS 6720;